



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

F. Omnia Sanctorum. 1. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

E. OMNIUM SANCTORUM.

I. Novembris.

In nuce Iliadem, in pagellâ, inquam, omnes Sanctos tenes. Cæterum quæ festo huic die origo fuerit, lubet denarrare. Et principio id constat, cum Deos jam Romani plures ferè quām homines numerarent, fanum exædificasse, in quo totus Deorum Dearumque grex stabularetur, & hoc ipsum ex re Pantheon dixisse. At anno, postquām Dii omnes uni cessere *Deo*, anno supra sexcentesimum, Bonifacius IV. PP. vacuum à dæmonibus locum lustrare aggressus, reæius hanc *Virginis Mater & Divis Martyribus* sacrum voluit esse. In eam rem **xxviii.** Divorum ossibus onustos currus cum triumpho, quām potuit splendidissimo, induxit, simul ut ille ipse dies festus Romæ sanctusque esset, imperavit. Idem postea sub annum Christianum octingentesimum trigesimum quintum Greg. IV. per Occidentem sanxit, eam potissimum ob causam, ut quando, tum ob numerum innumerum, tum quòd virorum sanctorum pars longè maxima cælo, non item terris nota est, non potest Ecclesia singulis diem donare, certè omnes uno die veneretur. Atque hæc sunt diei hujus festa exordia. Tu, si sapis, numerum

au-

684 VITÆ SANCTORUM. I. Nov.  
auge Beatorum. Nam ex omnibus Divis  
nisi tu etiam aliquando unus es, heu! nul-  
lus es. Ex Baron. & Mart. Rom.

Veneremur Sanctos, quibus traditum  
est triumphale regnum, judiciaria sedes,  
Angelorum consortium, corporum immor-  
talitas, beata visio, Christi conformitas,  
stellarum claritas, secura mansio grata-  
cetas, jucunda fruitio, & divini lumi-  
nis sempiterna comprehensio. S. Laurent.  
Iustin. ferm. de Omn. SS.

S. CÆSARIUS MART. I. Nov.

P Ræferébat jam penè ipsi Romæ sese  
urbs Anxur, quod quem semel illa  
omni ævo Curtium ostentarat, ipsa quo-  
tannis exhiberet Italiæ. Nimirum vidis-  
ses Kalendis Ianuariis lectissimum quem-  
que è juventute equo & armis conspicuum  
pro salute Reipubl. è sublimi mon-  
te in undas ire præcipitem, eo que facto  
nomen apud cives patris patriæ præmer-  
ri. Et verò sceleris hujus irritamenta sce-  
lera erant alia, quæ sex aut octo totos  
menses inter omnem luxum & petulan-  
tiā impunè piacularē ejuscemodi ho-  
stiax perpetrabant. Enimverò cum ei spe-  
ctaculo interesset Cæsarius ex A-  
fricā redux, palam facti atrocitatē ver-  
bis castigavit. Insaniam esse, urbem, ne  
olim pereat, in flore suo facere perire, & ut  
serventur cives mali, optimum quemque ex  
his